



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

LXIX. Ioannes Trithemivs Abbas Span. Conrado Abbati monasterii sancti
Stephani in ciuitate Herbipolensi, Salutem & charitatem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

foris mansi vsque in presentem diem. Cernentes æmuli quod nollem redire ad monasterium, magis in sanire cœperunt, quorum minas parum curavi. Mansi autem Heidelbergæ & Spire mensibus duobus, febribus & indignitate facti æger & infirmus, sine meorum auxilio vel consolatione, quousque tandem vocatus à serenissimo principe Ioachim Brandenburgensium Marchione Coloniam descendi: indeque Principe meo Palatino consentiente Marchiam ipsam Brandenburgensem cum Marchione ingressus sum. Inde post menses nouem reuersus ad patriam, cum tumultus æmulorum sedatos crederem, concitiores quorundam ambitione, vt dicitur inueni. Consideratis itaque singulis apud me statui, nequaquam deinceps seruire ingratis, neque illius subesse dominio, apud quem plus valere mendacia quam veritas, vt cuiusquam integritas vitæ fiduciam sui nullam, sola caperet impiorum adulatio firmitatem. Sum enim voluntatis dimittendi monasterium cum Abbatia Spanhemensi, nisi vos aliud rationabiliter decreueritis, quibus cupio pro viribus obedire. Quid mihi & Cynonotis? aut quæ potest mihi esse quies mentis in medio peruersorum constituto? Confido in DOMINO IESU CHRISTO fidelium saluatore animarum, quoniam me pauperem seruum suum non despiciet in finem, etiamsi à vobis omnibus fuero desolatus. Annis iam viginti & amplius (sicuti vos ipsi scitis) pro communitate ordinis atque capitulo continue laboravi, scribendo, dicendo, visitando, causas & commissiones innumeras vnionis nostræ coram episcopis atque principibus aliisque diuersis expediendo: nec hodie quisquam in ordine viuit, qui tantos labores pro bono communi tolerauerit, quantos me scitis pertulisse. Per Sueuiam, Franciam totam, Alsatiam, perque dioceses, Treuerensem, Coloniensem, Moguntinensem, Spirensem, Bambergenssem, Herbipolensem, Argentinensemque non semel aut bis, sed multoties vestro iussu visitavi, multoque tempore de monasterio meo absens vobis imperantibus propria neglexi curans aliena. Quid pro his omnibus mercedis cōsecutus sum? Nisi omnipotens Deus in futura illa retributione iustorum mihi per suam misericordiam mercedem conferat laborum, omnia coram hominibus perita dixerim. Videte quæ fecerim, & quam iniuste patiar intelligetis. A multis vero annis hæc in me pullulauere mala, ea præsertim occasione, quod me in visitationibus diutius occupato, fratres mei non satis religiose vixerunt, & Cynonotos, quod nunc experior, in odium mei occulte prouocauerunt. Non ex opinione scribo: etenim manifesta sunt quæ dico. Sed culpas fratrum meorum in lucem proferre nec volo nec debeo, magis autem patientiam complectens, exemplo sanctorum patrum oues incorrigibiles dimittam. Reliqua vestris paternitatibus proponenda latori presentium præfato commisi. Opto vos in Christo valere memores mei. Ex Budorizo, die mensis Augusti, anno Christi 1506.

LXIX.

IOANNES TRITHEMIUS ABBAS SPAN. CONRADO ABBATI monasterii sancti Stephani in ciuitate Herbipolensi, Salutem & charitatem.

REVERENDE pater amice & frater charissime, cum iuxta vulgatum prouerbum in necessitate probetur amicus verus sit an falsus, nihil in hac mea desolatione magis à te postulo, quàm vt (si vllō modo fieri potest) ad me Budorim venias capitulo celebrato. Multa enim in corde meo concepta tibi dicenda versantur, quæ literis demandare mortuis nullatenus possum. Neque tuam charitatem existimo latere, quibus agitator procellis persecutionum quorundam Cynonotorum, qui se obsequiū Deo præstare arbitrantur si me gratis fuerint persecuti, non minus inuidia quàm odio mei laborantes. Ego autem qui optime nouerim per multas tribulationes introitum patere regni cœlorum, me, quantum potui hæctenus, patientiā DOMINO IESU largiente, armaui, non volens malum reddere pro malo, sed iræ potius dare locum, absens à monasterio meo in septimum decimum hodie mensem permansi. Causa vero non vna solum sed plures mihi ne ad monasterium reuertar in æternum percuaserunt. Dux Cynonotorum æmulis meis nimium credulus, nostris male partibus fauet, quamuis vt reuertamus optare videatur. Sed eius non sequar imperium qui fertur dixisse: reuertatur ad monasterium suum abbas vester nihil metuens: ego enim neque malum illi facturum sum, neque bonum. Satis animum in nos tuum declarasti, quod princeps, nec interprete opus est vllō, intelligimus enim quam rebus nostris faueas bene, qui te nobis manifeste nihil boni polliceris facturum, sicuti nec antea quicquam fecisti. Igitur valeas cum adulatoribus tuis, ego deinceps tuo subijci dominio non consentiam in æter-

tes æmuli quod nollem redire ad monasterium parum curavi. Mansi autem hic dehereditate facti æger & infirmus, sine meo in vocatus à serenissimo principe Lodovico descendendi: indeque Principe meo Palatino sem cum Marchione ingressus sum. Inde tumultus æmulorum sedatos erant, inveni. Consideratis itaque impetratis gratias, neque illius subesse dominum, quicquidquam integritas vite fiduciam in me. Sum enim voluntatis dimittendi aliud rationabiliter decreverim, quibus notis? aut quæ potest mihi esse equitatis? in DOMINO IESU CHRISTO. Verum seruum suum non despicere. Annis iam viginti & amplius (sicut in capitulo continue laboravi, scribendo, de consilio vniuersitatis nostræ coram episcopis quædam die quicquam in ordine vixit, qui tantum os me scitis pertulisse. Per Suediam, Frisiam, reuerentem, Coloniensem, Moguntinensem, Argentinensem que non semel in itinere de monasterio meo absens volui iterum his omnibus mercedis cõsecrari. Me iustorum mihi per suam misericordiam omnibus perditâ dixerim. Videte quæ his vero annis hæc in me pullulante malis diutius occupato, fratres mei non in superior, in odium mei occulte provocata sunt quæ dico. Sed culpas fratrum meorum magis autem patientiam complectens, soleram. Reliqua vestris paternitatibus proprio vos in Chailto valere memoratis.

SPAN. CONRADO ABBATE
Herbipolensi, Salutem & c.

me, cum iuxta vulgatum proseribum
us, nihil in hac mea desolatione magis
udorim venias capitulo celebrato. Multa
ntur, quæ literis demandare non potui
no latere, quibus agitur processibus per
quibus Deo præstare arbitrantur sum
laborantes. Ego autem qui optime
regni cœlorum, me, quantum possu
havi, non volens malum reddere pro
mo meo in septimum decimum hodie
ares mihi ne ad monasterium reuertam
ulis meis nimium credulus, nolens mihi
deatur. Sed eius non sequar impetum
m abbas vester nihil metuens: ego enim
Satis animum in nos tuum declaratis.
s enim quam rebus nostris facere bonum
rum, sicuti nec antea quicquam fecerim
ps tuo subici dominio non conferam
in 272

in æternum, Omnipotentis sequar consilium, qui nihil sine causa permittit, cuius miserationi confidens non timebo quid faciant mihi homines iniqui, ambitiosi & ingrati, qui me propterea persequuntur, vt eorum fatisteret ambitioni, quod rei probabit euentus. Scripsit in me, vt fama est, prior meus eulogia nomine conuentus, mendacijs plena & sine ratione conficta. Mira hominis dolositas. Literis pene continuis pulsar, verbis quoque & lachrymis quoties venit ad me orat, petit, & rogat, tam suo nomine quam conuentus, vt ad monasterium nostrum reuertamur, omnem subiectionem obedientiamque promittens, & in occulto nobis aduersa machinatur. Hac dexteræ manus iniuria & scandalo motus, quanquam serenissimi principis Palatini aliorumque favore & assistentia has iniurias propulsare possem, abbaciamque retinere meam etiam absens omni tempore à monasterio, Duce cum omnibus æmulis meis non attentis, animum ad resignandum tamen induxi, malens conscientiam meam ab his malis quæ sequi possent, seruare innocentem, quam illatas vindicare contumelias. Statui ergo apud me tantis cedere oneribus curæ pastoralis, & deinceps nequaquam seruire ingratis, exemplo sanctissimi patris nostri Benedicti, & complurium ipsorum sequentium patrum, qui prouocati suorum ingratitude monachorum, relicta pastoralis cura ouium morbidarum, ad alia loca suæ salutis prouisuri sese contulerunt. Sed de his colloquimur ad plenum, cum tua charitas ad nos venerit Heidelbergam, vbi ego & Lympurgensis abbas te simul & Schotterensem præsolamur, venturosq; omnino speramus. Opto paternitatem tuam diu valere incolumem. Ex Budori 20. die mensis Augusti, Anno Domini 1506.

LXX.

IOAN. TRIT. AB. SPAN. HENRICO ABBATI
Bursfeldensi Salutem.

DEVS omnium vnus optimus maximus, qui nihil ignorat, noscens abscondita cordium, ipse scit quam absentauerim me à capitulo inuitus, causam habens non modicam, quæ perurgente plus quam libenter eius interfuissem celebrationi, nisi me, quem admodum & abbatem Lympurgensem, Comitibus tyranni fauitia impediret. Multorum enim consilij auiati sumus, ne vitarum periculo nos tanto subijciamus. Nos enim malitiã eius non ignoramus, quæ tanta est, vt nec Deum timeat, nec hominem reueretur. Dæmone plenus est & pene furiosus, vt pote qui anno priore bello faciente in pauperes, non solum Lympurgense monasterium, sed & alias complures Ecclesias pulcherrimas Diaboli agens officium ignibus incendens penitus destruxit. Hinc semper præsumit sua perturbata conscientia. Si me (quod Deus auertat) denuo caperet, quis de manibus insanientis liberaret? Pro corpore & vita res agitur, quam toto mundo duximus præferendam. Ego penes me constitui quid facturus sum, non vnus noctis sed plurimum mensium consilio mature deliberatus. Abbaciam meam breui intendo resignare, & mihi cum Dei auxilio principisque favore alibi vbi potero quietius prouidere. Non cupio redire ad Spanheim, nec Ducis opto reconciliationem, quoniam qui mihi sine causa inensum se præbuit, sub suo me dominio deinceps non habebit. Sunt duo in Spanheim qui totius mali fuerunt incentores, quorum alter est Prior, alter fuit Cellerarius, vterque abbatiam adspirat, sinã patres vt præualeant si velint, ego me conuertam ad temeritatem pacis impiorumque confortia euitabo. Abbas sancti Iacobi Moguntinus omnia hæc mala præuenisset, si mendacio non plus credidisset quam veritati. Deprehensus namque publice in crimine cellerarius, me quidem absente metuens pœnam ad ipsum confugit abbatem, & vt sua defenderet vitia mendaciter confinxit aliena. Credidit ille mentienti potius quam veritati, totumque putabat Euangelium quod frater pro sui defensione excogitauerat. Reuersus ad monasterium ego, cum facti historiam didicissem, grauiter quidem tuli non solum crimẽ fratris sed etiam temeritatem abbatis, qui talem contra fratrum omnium testimonia criminofum & fugitiuum defensaret. Interea cum noluissem præcipitantem sequi multorum sententiam, contigit me denuo Heidelbergam vocari, vbi me diutius occupato in negotio exusti cœnobij Lympurgensis, idem frater in odium eorum qui factum eius prodiderunt, quibusdam sibi ex donatis consentientibus tantum effecit, quod aliqui ex eis capti fuerunt, non minus id procurante abbate memorato. Quæ postea fuerunt secuta, ex fratre quẽ misit tua paternitas clarius intelliget. Vale pater optime & ora pro nobis Deũ. Ex Budori 30. die mensis Aug. Anno Christianorum 1506. Et sua manu raptis.

Tt 3